

coelesti neccate plena, & ut ad illam sponsa cur-  
 ras, invitatur; cur non magis cogitur; cur non  
 vi trahitur; cur non ei imperat ut veniat, di-  
 cens impero tibi, veni; sed tantum relinquatur  
 in consilio suae voluntatis, veni; & ideo tot  
 benevolentiae nominibus allicitur; Nullam  
 coactionem vult Dominus, sed in libero obse-  
 quio iocundatur, ac delectatur; virtus enim  
 non coacte, sed libere perficitur. D. Nicæus  
 homil. 5. in Cantic. *Huc inquit, veni, non ex  
 agritudine, sed ex charitate propriis tuis rationi-  
 bus confirmans cupiditatem ad id, quod est bone-  
 stum, non dicente necessitate. Domino caret virtus,  
 & est voluntaria, & ab omni necessitate libera.*

D. Nicæus.

418.  
 D. Bernardus  
 Confirma-  
 fuit  
 magna felici-  
 tatis.

484.

Reg. 21.

Bona con-  
 scientia in  
 adversitate  
 quiescit, ma-  
 la vero in-  
 prosperitate  
 porumbatur.

Richard.

485.  
 D. Bernardus

Secundo, D. Bernardus Dominica 12. post Pen-  
 tec, cap. 3. sic ait: *Cenabo cum ipso, & ipse me-  
 cum per iocunditatem concieatis. Dum Domi-  
 nus promittit, quod habebit secum hominem  
 sedentem ad mensam, ac cenam, iustificat  
 conscientiam specialem iocunditatem, ac ineffa-  
 bilem suavitatem pollicetur. Quid felicius,  
 quam conscientiae rectitudo; Quid suavius  
 ipsius tranquillitate, cum nullo interius acci-  
 detur delicto; tunc maxime in omni adversitate  
 securus degit, & sedet homo.*  
 Centuli animo Iezabel ferebatur contra Na-  
 both; ut interficeretur, ac lapidaretur, &  
 manducet, sedere facite Naboth inter primos popu-  
 li 3. Reg. 21. n. 9. Omni injuria, opprobrio, ac  
 morte afficiendus, sedere tamen dicitur. Alius  
 Daniel. 4. n. 26. scribit de Nabuchodonosore  
*Post finem mensium duodecim in aula Babylonis  
 deambulabat. Quid est quid Naboth interfici-  
 endus, ac lapidandus quiescit, ac sedet; Na-  
 buchodonosor imperans universae terrae, non  
 quiescit; sed de uno loco ad alium ambulat;  
 impia Iezabel etiam praeter intentionem non  
 potuit cohibere, quin praedicaret innocentiam  
 Naboth, cui ut iustus, ac innocens in omni  
 adverso casu, etiam cum rapidus sit obruen-  
 dus quiescit, ac sedet, cum nulla conscientiae  
 culpa eum agitet. At Nabuchodonosor in thro-  
 no deambulabat, multorum criminum conscien-  
 tia accusatrix eum agitarat, ut non per mitte-  
 ret sedere, sed illum multa perturbatione to-  
 tum inquietum vexabat. Richardus de S. Vi-  
 ctore lib. 2. de erudit inter homin. part. 1. c. 39.  
 In aula Babylonis ait, non sedet, non iacet, sed  
 deambulat, quem sua conscientia dum remordet,  
 inquietat. In aula Babylonis deambulat, quem  
 de sicca humilitate sua conscientia accusando fr-  
 ugit, Eit autem deambulare, non in unam par-  
 tem; sed passim huc, illicque vagari. Ille ergo  
 deambulat, quem conscientia stimulis undique  
 exagitat.*  
 Temerarie dicebat Lucifer: *Sedebo in monte  
 testamenti in lateribus Aquilonis.* Hai. 14. n. 13.  
 meritò cum arguit de sua iniquitate D. Bern-  
 fern. 11. in Psalm. *Qui habet rar, sic ait: Sedebo  
 inquit in monte testamenti, quam temeraria, quam  
 horrenda presumptio! Numquid non illic ceci-  
 derunt omnes, qui operantur iniquitatem expulsi  
 sunt, nec poterunt stare? Quibus enim con-  
 scientia est peccati, nulla concessa est quietis  
 sedes, temerarie sedere praesumunt, qui conscien-  
 tia stimulis agitur, cum stare, ac quiescere in  
 uno loco ei non permittatur, inde ipse maliti-  
 am, seu stultitiam suam corrigens addit: In  
 lateribus Aquilonis, Lucra, Aquilonis quietis*

tibi nulla est quietis, sed perpetuus fluxus, & re-  
 fluxus, non ad sedendum, sed ad volandum,  
 non ad quietem, sed ad rapidum ac inquietum  
 motum. D. Bernardus homil. 1. de gradi-  
 bus humilitatis. *Elige ergo, ait, tibi in aere lo-  
 cum non ad sedendum, sed ad volandum. Te  
 fluctuante inter Caelum, & terram, sed Do-  
 minus super solium excelsum, & elevatum. Ille  
 securissime in solio sedet, qui simpliciter Sen-  
 ctus est, cui nulla peccati macula iniuri potest,  
 qui verò totus est in peccatis, non sibi prelu-  
 mat sedem, sed fluctuationem, ac inquietum  
 volatum.*

QUESTIO LV.  
**Quare Dominus promittit hic cenam,  
 & non potius prandium  
 aperienti ostium?**

486.  
 Pauci Dei  
 voci obe-  
 diunt.

**A**it Dominus in praesenti; Si quis au-  
 derit vocem meam, & aperuerit mi-  
 ni, introibo ad illum, & cenabo cum eo. Ad-  
 verte, quod ait, Si quis, ad denotandum  
 paucissimos esse, qui Deo vocanti respon-  
 deant, quique voci ejus obediant; ut obser-  
 vat Richardus de Sancto Victore. Notandum,  
 ait, quod dicit, si quis, quia pauci sunt, qui  
 obediunt vocem suam audiunt, & cordis ostium  
 illi aperiunt. Richard.  
 487.  
 Richard.

Tota quæstio est, cur Dominus hic promit-  
 tit cenam, & non potius prandium; cur ait,  
 cenabo cum illo, & non potius prandebo;  
 Hanc quæstionem jam tractavi tom. 4. in Evan-  
 gel. cap. 24. q. 3. & rationem litteralem ibi assi-  
 gnavi; quia apud veteres illustriora, ac majora  
 convivitia fiebant noctu in cena, quam meride  
 in prandio, ac proinde pro majori amplitudine  
 hujus convivii: potius dicitur cena, quam  
 prandium; ibi videnda dicta, & nunc res al-  
 tius examinanda.

Respondet primò, Richard. de Sanct. Vict.  
 Non dicit prandebo, ait, sed cenabo ut scilicet  
 ejus bonum, quod in modo incipitur per chari-  
 tatem, in Cælo perficiatur per beatitudinem, &  
 semper perseverare ostendatur per aternitatem,  
 nec aliud succedere per aliquis temporis mutabi-  
 litatem. Ratio hic sumitur ex significato; nam,  
 ut ibi dixi, ex Glossa, Euthymio, Beda Alberto  
 Magno, D. Bonav. & aliis, denotatur per cen-  
 nam celestis beatitudo, ac gloria, quæ fruimur  
 in regno Dei. Appositè ergo beatitudò dicitur  
 cena, quæ datur vespere, in fine nempe vite  
 post hujus sæculi labores, postquam nulla alia  
 sequitur refectio, quia ipsa est æterna; nec  
 aliud succedere per aliquis temporis mutabi-  
 litatem. Richard.  
 489.  
 Joach.

Secundò, Joachimus Abbas, Bonè ait, *se  
 in hoc loco cenare potius, quam prandere pro-  
 mittit, quia solet sponsus post prandium ab  
 uxore discedere, & ad opus exire: post cenam  
 verò vix unquam, sed pariter conquiescunt:  
 felix cena, & felix chorus, in quo pater, & ma-  
 ter cum filiis absque contagio conquiescunt. Post  
 prandium datur ad invicem disjunctio in tota  
 familia, vir ab uxore discedit, & filii à paren-  
 tibus, & famuli à Domino, ut unusquisque  
 ad*

In hoc ve-  
 rantia, ac  
 fuit totum  
 negotium  
 salutis

491.  
 In pane vite  
 majori vir-  
 tutum sum-  
 ptu fulgeat  
 homo.

492.  
 Gloffa.  
 Euth.  
 Beda.  
 Beatitudo  
 æterna na  
 confertur.

489.  
 Joach.  
 Mortis tem-  
 pore maxi-  
 mè se homo  
 recipiat ad  
 Deum.

Deus nun-  
 quam vult  
 ab homine  
 discedere.

ad suum munus pergat; potest cenam verò om-  
 nes in eadem domo remanent, & majori ex  
 parte ab invicem non discedant, ecce cur dicitur  
 Dominum cenaturum, & non pransurum  
 cum homine, ut denotetur, quòd ab illo ad  
 quem ipse ingreditur, quantum est ex se, non-  
 quam vult discedere, sed semper cum eo felici-  
 ter permanere.

Tertio, D. Bernardus Senens. Dominic. 14.  
 post Pentecost. art. 2. cap. 3. *Parum est, ait, Chris-  
 to in mane ad prandium intrare si non cena sub-  
 sequatur: vult utique Christus enim, qui dilige-  
 re cepit, in finem diligere eum, sicut in finem  
 dilexit suos. Joan. 13. ut & qui diligit eum, pa-  
 rem dilectionem, id est perseverantiam in finem  
 rependat, & hujus dilectionis suavitas in juven-  
 tute incipit, prandium est, quod damus Christo,  
 sed usque in finem vite servata cena meritis nun-  
 cupatur, ad quam pauci pervenire probantur.  
 Cenabo, inquit, cum illo. Scilicet perseveran-  
 tiam acceptando, & mihi amanti vobis concorporan-  
 do ipsum, & omnia bona ejus tanquam cibis mihi  
 amabiles, & suaves. Inter prandium, & cenam  
 multa est differentia; nam prandiu n fit mane  
 cenam vespere & in fine, prandium mane  
 denotat aptam inchoationem in bono; cen-  
 na verò finem cum perseverantia; et si ele-  
 gans sit bona inchoatio in juventute, quod  
 est prandium, quod Deo damus, tamen,  
 quod maxime ei placet, et bonus finis cum  
 perseverantia, qui denotatur in cena, quo  
 bona opera perficiuntur, & consummantur,  
 quoque suavissimos cibos damus Deo, & quia  
 in ipso fine, ac consummatione operum fiat  
 totum negotium salutis, ideo non prandium,  
 sed cenam dicit Dominus, cum in illa, ceu  
 bono fine stet ortus salvationis cardo, & ideo  
 fuit tantum memorandus finis seu id, quod si-  
 nem denotat.*

490.  
 D. Bern.

Joan. 13.

In hoc ve-  
 rantia, ac  
 fuit totum  
 negotium  
 salutis

491.  
 In pane vite  
 majori vir-  
 tutum sum-  
 ptu fulgeat  
 homo.

492.  
 Gloffa.  
 Euth.  
 Beda.  
 Beatitudo  
 æterna na  
 confertur.

489.  
 Joach.  
 Mortis tem-  
 pore maxi-  
 mè se homo  
 recipiat ad  
 Deum.

Deus nun-  
 quam vult  
 ab homine  
 discedere.

D. Ambrosius lib. 2. cap. 9. *Dicit nunc aliquis, ait, D. Ambrosius  
 non beatum Jacob, cum in ipso mortis diebus ex-  
 set, qui plura cum Deo, quam cum hominibus al-  
 loquitur miscerat.*

De sua sacratissima sponsa Christi D. decan-  
 tat Regius Vates Psalm. 44. num. 10. *Astut Re-*  
 gina a dextris tuis in vestitu deaurato. Et post  
 pauca statim addit. *Omnis gloria ejus filia Regis  
 ab intus in fimbriis aureis circumamicta varie-*  
 variis. Maxime notandum, quòd Regine vesti-  
 tus dicitur deauratus fimbria autem non deau-  
 rata, sed ora aurea, multa varietate insignita.  
 Et cur fimbria, quæ ultima, ac infima pars est  
 vestis, & humi reptat, dicitur ac eleganter est  
 cæteris partibus; In fimbria ultima vite perio-  
 dus innuitur, in qua excellentiores & illustri-  
 ores virtutum operationes debent declarari.  
 Non enim qualibet virtus exhibenda est in  
 fine vite, sed omnes virtutum supelletilles  
 vita, in finem non deauratus, sed totus aureus  
 cum omni virtutum ornamento. D. Paschal. libi.  
 Per fimbriam, ait, *vita hominum significatur ex-  
 tremam, quam non deauratam ut supra vestis fuisse  
 monstratur, sed auram esse totam debere ostendi-  
 tur. Quia in fine vite tota perfectio amoris qua-  
 ritur, circumamicta tamen varietate propter va-  
 rias virtutes fidelium.*

493.  
 Psalm. 44.

Id fine vita  
 diviores vir-  
 tutum op-  
 erationes ve-  
 splendant.

D. Paschal.

QUESTIO LVI.

**Cena, quam Dominus hic promittit,  
 de Sacro Eucharistico convivio  
 explicatur?**

494.  
 Divus Bernardus, in praesenti, Alcazar;   
 & alii, cenam, quam Dominus promit-  
 tit, cenabo cum illo, de Sacra Eucharistia  
 interpretatur: Ac si Dominus dicat Episco-  
 po, quòd si teporem excusserit, & fervorem  
 spiritus amplexus fuerit, & virtutibus orna-  
 tus extiterit, illi promittit eum fructu; ac de-  
 lectis omnibus interioribus Sacrum Euchari-  
 sticum pabulum, ac cenam. Et juxta hanc  
 expositionem præpondera textus seriem. Pri-  
 mò, ait ei Deus, *Suadeo tibi emere à me aurum  
 ignitum, & probatum; veram, & solidam  
 id est omnium virtutum ornatu, ac apparatus.  
 Et collyrio inunge oculos tuos: id est maxime  
 expurga, & acue visum, & considerationem,  
 ut ad celestem mensam, ac cenam acce-  
 das & devenias, & tunc cenabo cum illo, &  
 ipse mecum. Unde dicitur Joan. 6. num. 59. In Joan. 6.  
 me manet, & ego in illo: per intimam unio-  
 nem.*  
 Quæstio tamen principaliter inquit, quare   
 Eucharisticum convivium confertur potius  
 cum cena, quam cum prandio, cum seini  
 cam sumamus, regulariter autem ad cenam  
 accedimus jam pransi, cur ergo potius cenam  
 quam prandio assimilatur.  
 Respondent primò Theophilactus, sicut   
 & D. Cyrillus in Catena Græca ad caput 14  
 Lucæ, ut dixi tom. 4. in Evangel. capite 24.  
 q. 3 num. 28. quòd ideo dicitur potius cenam  
 quam

Multa vir-  
 tus necessa-  
 ria ad Sa-  
 cram Euc-  
 haristiam  
 sumendam.

495.  
 D. Theophil-  
 actus  
 quæstionis.

Theophil.  
 D. Cyrill.

quam prandium; quia novissimis temporibus, seu in ultimo saeculo, seu in vespere saeculorum, seu vita Christi hoc Sacramentum est institutum, in eoque sunt omnia fercula spiritualia, ut nihil amplius habeat homo quod desideret; nam post prandium restat caena, post caenam vero nihil restat appetendum, in Eucharistia sunt omnes Dei divitiae, thesauri, ac facultates, ita ut nihil illi restet addendum: Lucerna autem huius caenae fides est.

497.

Eucharistia si sumenda, ac si in proximo esset dies iudicii, ac mortis.

498.

Eucharistia uno vel sedibus, ac moris.

Bona scilicet

499.

Eucharistia horror mortis delinquitur in nobis.

Ab Eucharistia pax.

500.

Secundo caena celebratur vespere, ac in fine diei; quia omnes, qui ad Eucharistiam accedunt, talem mentem induant, ut putent etiam finem saeculorum iam instare, atque inde cum tanta animi puritate accedunt, ac si jam finis orbis, ac ultima dies instaret, in qua sub severo iudicio de omnibus reddenda est ratio. Tertio, cum magno mysterio Eucharistia cum caena confertur; quia post caenam statim homines se tradunt somno, qui est umbra mortis, sic divinas epulas sumamus quasi immediate post ipsas morituri, ac dimitturi; tanta dispositione, ac preparatione ad Sacram Eucharistiam accedamus, ac si in propinquo esset mors, & dies iudicii.

Quarto, caena dicitur a verbo Graeco, quod communitatem significat. Veteres enim in communi cenabant, prandebant vero seorsum ut advertit M. Joan. de la Haye cap. 3. Apocal. num. 492. sub meridiem enim quaedam jentacula capiebant, at vero sub noctem praecipue corpora reficiebant, quod in communi & non divisim faciebant: Ecce cur Eucharistia, caena, non prandium dicitur, quia non pro uno, vel altero homine, nec pro uno populo, vel gente, hoc Sacramentum est institutum, sicut legis antiquae mysteria, sed pro omnibus hominibus, gentibus, ac nationibus, & ideo Christus D. dixit, Accipite, & manducate ex hoc omnes.

Quinto, Eucharistia dicitur caena. Cur non prandium quod mane celebratur? caena autem in fine diei apponitur quando jam homines ad dormitionem, ac somnum properant, merito tamen ponitur Eucharistia tanquam caena in fine diei ante somnum: ut ostendatur instituta etiam ad liniendum, ac mitigandum dolorem ac horrorem, qui ex fine vitae, ac exitu mortis solet hominibus contingere; Eucharistia enim excudit omnem pavorem ac maerorem qui ex fine vitae, ac mortis provenire potest. Pro quo notat D. Paschas. lib de Psalms 147. corpore, ac sanguine Domini. c. 8 illud Psalms 147 n. 24. Landa Jerusalem Dominum, Landa Deum tuum Sion, qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te, Vaticinantur iustis viris exitus, & finis vitae cum suavitate quiete, ac pace, posuit fines tuos pacem. Et unde in fine ac exitu vitae, ubi maximus est conflictus, ac perturbatio, tanta tranquillitas, serenitas, ac pax: ex gratia, ac beneficio divini frumenti promissi; ait enim, & adipe frumenti satiat te. Et cum usque ad saturitatem sit caelestis cibus, inde in fine vitae nullus horror ac perturbatio, sed summa tranquillitas, ac serenitas. Sic ait D. Paschas. citatus. Cum ipso, & in ipso, & sic nobis regnum pacis.

Quares tamen ad calcem quaestionis, quoniam erit cibus apponendus in hac mensa, ca-

nabo cum illo, & ipse mecum: Nullus alius cibus nisi ipsemet panis vitae, ipsemet Deus sub speciebus Sacramentalibus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Multum sane erat, quod homo sederet ad mensam cum Deo, sed multum super omnem modum est, quod homo fiat sedes Dei & ejus habitaculum, in quo ipse dignatur ob suam infinitam bonitatem sedere, ac suum thronum constituere, manducanti corpus, & sanguinem suum non solum promittit sedem in regno Dei, sed etiam quod ipse fiat thronus Dei. In me manet, & ego in illo

Pro magno praemio ac honore, ait Christus D. suis Apostolis. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos supra sedes duodecim iudicantes. Matth. 19. n. 28. Hoc ut magnum datum fuit Apostolis, ut sedentes affideant Christo & sedenti in regno suo, ac de matre ejus canit Ecclesia: Venit electa mea ponam in te thronum meum. Non dicitur illi, quod sedeat cum filio suo, sed quod in illa filius suus sedem suam ponat; & cur illi, sicut & Apostolis non dicitur ut sedeat cum eo, sed quod ipse in ea constituat sedem suam; sicut enim illa meritis multum excellit Apostolis, ita & in dignitatis loco; & quamvis multum sit cum Christo sedere, tamen praerant, & excellentius est, quod in te condignam sedem exhibeas Deo, & quod in te gratè resideat & sedeat deus. Guaricus Abbas serm. 1. de Assump. Discipulis inquit, sedebitis, & vos super sedes duodecim, alibi quoque promittit: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Matri vero, cujus longè differens est meritum, nihilominus differens promittit praemium: Veni, inquit, electa mea ponam in te thronum meum. Parum est, ut iudicantis confideas, nisi & ipsa sedes tibi fiat, ut maiestatem regnantis, eo felicius, quo familiaris, in te contineas. Ut supra matris dignitas, illiusque summa charitas, ac unio cum Deo declaratur dicitur quod Deus in ea ponat thronum suum de hac alta, & summa dignitate sit particeps, qui dignè communicat, & ceditque ad Sacramentalem mensam; de eo enim ait Christus in me manet & ego in illo. Joan 6 n. 56 dicebat deo Psalmista 44. n. 10. Assitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Cur non dicitur, quod Regina à dextris dei sedit, sed sterit? forsitan Regina Caeli inferiorem honoris locum recepit à filio, quam à Salomone Bethsabee; de Bethsabee, dicitur, quod in throno sedebat ad dexteram eius, 3. Reg. 2. n. 20. Cur ergo de Regina caeli dicitur, quod sterit à dextris Filii, non vero sederit; nunquid magis honorificata est Bethsabee à Salomone, quam Regina Caeli à filio suo Jesu? minime. Reservabatur illi maius domum largiendum, quod scilicet in ea constitueret Rex thronum suum quod scilicet ipsa in se reciperet deum, ut ita ipsa tota fulgeret sub radiis divinae celsitudinis.

Apoc. 3. n. 21. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus.

Num. 22. Qui habet aurem audiat

Summa dignitas, quod homo fiat sedes, & thronus Dei.

Plus nobis Deus dicitur in Eucharistia, quam quod nos faciat sedere secum

Ioan. 8. 501. Psalms. 44.

Reg. 2.

Carol. Pasc. Petr. Faber.

Cicero. Difficilis pugna olympica.

501.

502.

diat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.

VERSIONES.

Syriac. n. 21. Qui vincit dabo ei sedere super thronum meum.

Arabicus. Victori dabo sedere mecum, quemadmodum vici, & sedi cum Patre meo.

Tyгурina. Et confedi cum Patre meo.

D. Ambrosius. Qui vicerit dabo potestatem sedere mecum, sicut & ego vici, & sedeo cum Patre meo in throno ejus.

EXPOSITIO XVI.

503.

Qui vicerit: qui concupiscentiam, & carnis illecebras, daemoneque insultus, ac tentamenta superaverit, tepore, ac terrore excusso, spiritusque sancti calore fervens fuerit. Dabo ei sedere mecum in throno meo, Sedere in throno Christi est participem esse regni ejus, & coheredem caelestis beatitudinis; sicut ego vici, plura scilicet pro Dei gloria, & pro hominum salute toleravi; & sedi cum Patre meo in throno ejus: propter quod Pater secundum humanitatem exaltavit me, participemque me fecit regni, & sedere ad dexteram suam.

QUESTIO LVII.

Quare videnti promittit Christus, quod sedebit cum eo in throno suo, & quid hoc significet?

Christus D. in his septem Epistolis ad hos septem Episcopos & consequenter fideles omnes maxime eos exhortatur, ut à fordido torpore, desidia, ac negligentia excitentur, ac animentur, & acuuntur ad fortiter pro Deo, ac Ecclesia, & salute sua decertandum, in quo videtur dominus alludere ad agones, victorias, & coronas athletarum, maxime Pithias & Olympicas de quibus late agunt Carol. Paschas lib 6. de coronis cap. 11. Petrus Faber Agonist. lib 2. cap. 11 quae ob suam magnam celeritatem, ac dexteritatem, valde celebres ac illustres fuerunt in tota Graecia, ac Asia at dicit Cicero orat. pro Flacco, dalaam in iis retulisse, prope majus, & gloriosius, quam Roma triumphasse. Quantum ergo luctamenta debent esse Christianis pro sua victoria Olympi, id est caeli; ut ita fiat triumphator mundi, peccati, diaboli, inferni ac sui

ipsius, suorumque appetituum, quod est carceris difficultus.

Tota difficultas quaestionis est, quid significet illud, quod ait Christus D. Dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego sedi cum Patre meo in throno ejus. Et primo D. Gregor. lib. 26. Moral. cap. 26 Joachimus Abbas, Haymo de judiciaria potestate accipiunt hunc thronum, qui, ait D. Gregor. Judicii principatum ex Christi virtute percipiunt, hinc veluti in ejus throno residemus. Haymo, inquit, sedere in throno esse participem judiciariae potestatis Christi. Cuius rei Joachimus Abbas subdit rationem; Quod ii, ait, qui pro nomine Christi sustinent persecutiones, eorum qui se iniuste iudicant, & eorum omnium, qui contemnunt verba vitae sunt futuri, & facturi vindictam in nationibus. In confusione iniquorum, quod iudicentur ab his, quos contempserunt; alii existimant huc, alludi ad illud Matth. 19. n. 28. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Alcazar intelligit thronum de pace, ac quiete, quam largitur Dominus torporem excutentibus se, suasque passiones vincuntibus. Ad thronum Christi, ait Alcazar, viri perfecti exaltantur, non in futura, sed in hac vita, dum in altissima pacis sede collocantur. Quod prius docuit D. Bernard. Senens. tom. 3. serm. 11. qui est de multiplici bono pacis, art. 1. cap. 3. Thronus ejus, ait, summa pax mentis, quam Christus omnibus tentationibus devictis, adiit; unde Propheta ait: Thronus tuus Deus in saeculum saeculi, In hoc throno, cum Christo sedet, qui devictis tentationibus, qua in activa vita laboranti occurrunt, spe certa per amorosam contemplationem in Christo quiescit. Qui carnem suo spiritui rebellem devictis tentationibus subiecerit, summa pax, & quies erit ei. Hac sententia, quamvis sit moralis, ac tropologica, non tamen est litteralis.

Et contra hanc secundam sententiam. Dum Christus ait. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus: certum est quod Dominus promittit simile praemium victoriae vincuntium, sicut Pater dedit ipsis suae victoriae: victoria autem Christi Pater praemium rependit non in hac vita sed in altera; dum enim fuit in hac vita, Jesus non sedit, sed laboravit, & exultavit ut Gigas ad currendam viam, ac proinde non est thronus, quem hic promittit videnti, in sensu litterali pax, & dominatio passionum, propriorumque affectuum, ut dicit secunda sententia, si enim est talis pax, & dominatio, ad quid ista similitudo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus. Consummata ergo omni mortalitate ascendens super omnes caelos, sedit ad dexteram Patris cum summa illius gloria, ac beatitudine. Ergo loquitur de hoc praemio, quod datum est sibi in homine victori, quem gerebat, postquam devicta morte caelos ascendit; dominatio passionum, ac omnium affectuum connaturaliserat Christo D. nam in ipso utpote vero filio dei omnes passiones, ac affectus erant subditi, ac subiecti rationi.

Contra primam sententiam facit. Ait Christus. Sicut ego sedi cum Patre meo in throno ejus. Quod non potest referri ad potestatem judiciariam; nam Christus ait Joan. 5. n. 22. Neque Pater

505.

n. Greg.

Haymo.

Joachim.

506.

Alcazar

D. Bernard.

507.

Impugnatur

secunda sententia.

508.

Impugnatur

prima sententia.